



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa

Ad Mentem Præcipuorum Theologorum & Canonistarum, insertis suo loco
Propositionibus à S. Sede Apostolica novissimè damnatis concinnata. Et
Per Casus Practicos exposita

Complectens LXXV. Casus Materiam de Conscientia, Legibus, Peccatis,
Fide, Spe, Charitate, Jure, Justitia, Restitutione, Contractibus, Judiciis &
Religione &c.

Jansen, Leonhard

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Casus LXI. De Testamentis, & ultimis voluntatibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39867

C A S U S L X I .

De Testamentis & ultimis
voluntatibus

ONESIUS circa ultimas voluntates varia haber-
dubia: 1. An corruente testamento cor-
ruant legata, donationes mortis causâ. 2. Quæ
solemnitates requirantur ad testamentum profa-
num. 3. Ad testamentum ad causas pias, & spe-
ciatim in Diœc. Colon. 4. Ad testamentum inter
liberos, ad testamentum militum, rusticorum, aut
factum tempore pestis, vel Principi oblatum. 5.
Quid si quis juret non revocare testamentum, vel
jurato renuntiet hereditati. 6. An succedens ex
testamento non solemniter solvere legata. 7.
Quid si Caja succedat eâ conditione, ut, si impro-
lis discesserit, hereditatem relinquat Titio, ipsa
autem ingrediatur Religionem. 8. Quid si testator
dicat: Si Caja nubat, habebit 200. si verò Reli-
giosa fuit, habebit tantum 100. vel nihil. 9.
Quid si eâ conditione quid legetur Titio, ut du-
cat Cajam, Ticius autem suscipiat S. Ordines, aut
si aliquid legetur sub causa, modo, vel demon-
stratione falsa, ib. remissive. 10. An legata ad
causas pias in genere vel pauperibus indetermi-
nate relieta dari possint Monasterio; item si legata
omnia solvi nequeant, an etiam legata pia mi-
nuenda sint pro rata. 11. Quid si duo homines
sint eiusdem nominis, & sciri non possit, de quo
testator locutus sit. 12. Quid de legato rei alie-
na. 13. Quando legatarius acquirat dominium
& fructus legati. 14. Quid debeatur hereditibus
necessariis, & an prateriri possint. 15. Quid si

T t 3 paren-

nte
nus
tri-
76.
odi
sci-
um
oris
opi-
hic
Ju-
Ca-
ad-
ere
ce-
opi-
unc
quo
unt,
lie-
que
liter
& e-
-

SUS

parentes uniproli plūs relinquant quām alteri , & quid hic observandum Confessariis. 16. Quid si testator Caja destinaverit dare Crucem auream , sed ante ejus traditionem moriatur. 17. An heres ex legatis sibi detrahere possit quartam partem. 18. Quid de Testamentis & donationibus ante vel in Novitiatu factis ? Pro Resolut.

QUÆR. I. Quid sit ultima voluntas , testamento , legatum , fide-commissum , codicillus ?

2. R. Ultima voluntas ex Ulpiano definitur : Justa voluntatis sententia de eo , quod quis post mortem fieri vult ; si fiat cum hæreditis institutione , vocatur Testamentum ; in quantum continet donationem ab hæredi post mortem Testatoris præstandam , vocatur Legatum ; & ille , cui fit ejusmodi donatio , vocatur Legatarius ; si hæredi imponatur , ut hæreditatem absolute aut sub conditione , v. g. si ei non nascatur proles , restituat alteri , dicitur fidei-commisum vel generale , si scilicet restituenda est tota hæreditas , vel particulare , si tantum aliqua ejus pars , & eatenus coincidit cum legato. Dispositio , quæ testamentum corrigitur vel declaratur , aut etiam sine testamento hæredi ab intestato legatum , fidei-commisum , vel aliud quid committitur , vocatur Codicillus. Ab his omnibus differt donatio mortis causâ , quæ firmatur sola morte donantis , nec ulla tenus pendet à valore testamenti ; econtrà Legatum , Fidei-commisum sunt accessorium testamenti , & illo corridente corrunt ; hoc excepto , quod corridente ex defectu solemnitatum testamento profano probabilius non corruant legata pia , Covarr. Eng l. 3. sit. 26. n. 20. & ibid. Pyrr. Reiff. n. 173.

QUÆR.

QUÆR. I I. Quotuplex sit Testamen-
tum?

R. Testamentum dividitur: 1. In solemne,
& non solemne; solemne vocatur, quod habet
omnes solemnitates, seu conditiones à jure re-
quisitas, quales de Jure Cæsareo sunt, ut testa-
tor coram septem testibus masculis, puberibus,
liberis, ad id rogatis, distinctis ab ipso hærede,
non surdis, non mutis, mentem suam declarat,
vel in scripto ab ipso testatore & omnibus testi-
bus subscribendo, ac consignando, aut vocali-
ter coram dictis testibus suam voluntatem expri-
mat, primum testamentum vocatur scriptum
seu clausum; secundum vocatur nuncupati-
vum.

2. Testamentum dividitur in privilegiatum, &
non privilegiatum; Privilegiatum est, quod
non requirit omnes juris solemnitates; tale est
1. testamentum ad causas pias, in quo nullæ so-
lemnitates requiruntur, sed sufficit, quod vel
per testes, vel per nutus, aut scripturam de vo-
luntate testatoris certò constet, Barth. Clarus,
Pyrr. num. 19. & claret ex c. relatum II. de
testam. unienim testi etiam probatissimo, v. g.
Parocho, nequidem in foro conscientiae neces-
sariò credendum est, sed Jure Canon. requirun-
tur & sufficiunt duo vel tres testes: in ore duor-
um vel trium testium stat omne verbum, c. cùm
esses 10 de testam. ideoque Archi-Diœc. Co-
lon. in Synodo habita Anno 1662. part. 2. pag.
116. declarat, quod testamenta Ecclesiastico-
rum facta sine Notario vel Pastore & duobus
testibus sint invalida, quamvis admittat legata
pia tantum scripta, vel subscripta à testatore va-
lere. Si testator in testamento vel coram duo-

T t 4 bus

bus testibus afferat, quod Confessario vel Parocho mandaverit aliqua erogare ad causas pias, secundum dictum Confessarii vel Parochi executio facienda est. Eng. num. 10. dicit, etiam in terris Imperii valere testamenta Clericorum cum duobus vel tribus testibus absque solemnitatibus juris civilis; ubi enim jus Canon. & civile discrepant, Clerici non subjacent legibus civilibus, sed Canonicis. 2. Testamentum inter liberos valet, si pater totum testamentum manu propriâ scribat, tempus liberorum, ac signa rerum specialium declareret, Nov. 107. c. 10. auth. quod sine. etsi nullus testis vel alia solemnitas adhibeatur.

3. In testamento militum duo, in testamento rusticorum, si plures haberi non possint, quinque testes sufficiunt, sive testamentum sit scriptum, sive nuncupativum, l. fin. c. de testam. Carpzov Konig de test. n. 8.

4. Testamentum tempore pestis ex paritate rationis valet cum duobus testibus, si plures haberi non possint, Mysf. Jason Gail. l. 2. obs. 118.

5. Testamentum Principi oblatum vel coram eo factum valet absque omni solemnitate, dummodo probari possit, quod sit oblatum, arg. l. omnium cod. de testam. Covar. Laym. hic n. 15.

QUÆR. III. Quid amplius notandum circa Testamenta?

Ex Seq. 1. Testamentum ex natura sua ante mortem semper est revocabile, si quis jurasset non revocare, peccat quidem revocando, revocatio tamen est valida, quia juramentum non immutat naturam actus, qui ex se est & manet revocabilis; similiter renuntiatio vel pactum circa

circa hæreditatem adhuc viventis in favorem tertii est invalidum , etsi fuerit juramento firmatum, quia hoc juramentum est contra bonos mores & in præjudicium tertii , quia inducit votum captandi mortem alterius , l. fin. C. de pæctis. Sanch. in Decal. l. 7. c. 2: num. 33. Unde si filia accipiens dotem dicat se eâ esse contentam , & renuntiare paternæ hæreditati , hoc non obstante potest postea petere complementum suæ legitimæ portionis , l. pæctum dotale , C. de collat. & c. quamvis de pæctis in 6. Si verò renuntiatio fiat ad causam piam , valet etiam non requisito consensu ejus , de cuius hæreditate agitur , Pyrr. tit. 31. n. 90.

2. Famosissima est quæstio : An testamentum ad cautas non pias , non habens omnes solemnitates à jure requisitas , sit validum ? Pro foro conscientiæ sufficit , quod utraque sententia sit probabilis & in praxi tuta , ita ut hæres ab intestato possit judicare testamentum esse nullum , sibique usque ad sententiam judicis bona defuncti retinere. Econtrà hæres scriptus ex testamento hæreditatem tutò adire possit , quo casu tamen etiam tenebitur legata solvere , non tantum pia , (ad quorum valorem nullæ solemnitates requiruntur) sed etiam profana. Nec obstat , quod legata profana in tali testamento probabiliter sint nulla ; nam eo ipso , quo in sui favorem sustinet testamentum esse validum , debet etiam stare pro valore legatorum , aliàs certò peccabit contra jus unius ; vel enim valet testamentum , & sic agit contra jus legatarii , vel non valet , & agit contra jus hæredis ab intestato.

3. Sæpè testamento vel legato adjicitur con- 7.
T t 5 ditio,

ditio, quæ, si justa est, erit observanda ex iustitia, vel legatum restituendum, aut testamentum non adeundum; si sit conditio turpis, habetur pro non adiecta. Præcipue tamen attendenda est voluntas testatoris; unde valet testamentum sub hac clausula: Si Caja improlis decesserit, relinquet hæreditatem Titio; quo casu, si Caja profiteatur in Monasterio bonorum capace, succedet Monasterium, c. 8. *de probat.* nam hæc præsumitur esse voluntas testatoris, qui creditur potius voluisse favere Monasterio, in quo filia profitetur, quam extraneo; si verò constat de contraria testatoris voluntate, hæc servanda est, ut si dicat: Si Caja filia mea religionem profiteatur, succedet Titius, quia præsumptio cessat, ubi versamur in claris, *Covarr. Sanch. c. 16. num. 12. Pjrr. num. 76.*

g. Unde etiam valet legatum, si testator dicat: Lego Cajo ducentos florenos, si nupserit, aut in sæculo remanserit; si verò sacros Ordines vel Religionem assumpserit, centum vel nihil, *Menoch. Reiff. à num. 652. Leuren. l. 3. q. 98. num. 9.* & *Authores citati.* Nam ista conditio non est turpis, nisi fiat ex odio religionis, secùs si fiat ex justa causa ad propagationem familiæ vel stemmatis, & sic fieri præsumitur. Item valet testamentum, legatum sub conditione, si Cagus nupserit Titiæ, si proles suscepit, l. *cum ita. & l. Titio ff. de cond. & dem.* Si Cagus non nubat, sed profiteatur in religione bonorum capace, conditio habetur pro non adiecta & legatum cedit Monasterio, *Nov. 123. c. 37.* Si S. Ordines suscipiat, legatum retinere potest, ita tamen, ut in Clericatu usque ad finem vitæ perseveret & legatum ad pia opera expendat,

est.

cit. Nov. Covar. Barb. Pyrr à num. 74. Eng. num. 29. de legato sub modo, causa, aut demonstratione falla dixi Casu 48.

4. Si quid sit legatum in genere ad causas pias, 10.
vel pauperibus indeterminatè, dari potest Mo-
nasterio pauperi, Laym. Sylv. Sanch. Pyrrh.
num. 109. Si legata omnia solvi non possint,
omnia legata etiam pia diminuenda sunt pro ra-
ta, etsi alii quoad legata pia contradicant valdè
probabiliter putantes ea ante omnia integra solvi
debere.

5. Si duo homines sint ejusdem nominis, & 11.
ex circumstantiis colligi non possit, de quo testa-
tor locutus sit; plures Juris-Consulti docent,
legatum non valere & neutri dandum, sed hæ-
redi relinquendum esse; idem est, si legatum
duobus ejusdem nominis relictum uni revoce-
tur, nec constet cui, utrique volunt esse revo-
catum; sed Molin. d. 197. Dian. to. 2. tr. 5.
Miscell. R. 58. melius dicunt, ejusmodi lega-
tum inter utrumque esse dividendum; nam uter-
que habet æquale jus, & certum est, quòd te-
stator noluerit illud manere hæredi. Collig. ex l.
qui duos 9. ff. de rebus dubiis.

6. Certum est, quòd jure civili valeat lega- 12.
tum rei alienæ, si testator scivit esse alienam,
(cujus probatio incumbit legatario) secus, si
putavit rem esse suam, seu ignoravit esse alienam,
. 4. Instit. de Leg. ubi ratio additur: For-
fitan enim, si scivisset alienam, eam non legasset,
quæ verba indicant legem hanc fundari in præ-
sumptione, quæ quia cell. t. in proximè conjun-
ctis, respectu borum potius præsumitur contra-
rium, putà, quòd testator, si scivisset rem esse alienam,
adhuc rem vel ejus pretium fuisse lega-
tur is,

turus, ideo tenebitur hæres rem alienam emere, vel eis tradere rei estimationem, l. 10. C. de leg. idque etiam tenere Jure Canon. docent Covar. in c. filius s. de testam. num. 6. Fachin. l. 5. n. 38. Pyrr. num 84. Leuren. q. 707. num. 4. Prob. ex c. si Episcopus s. c. 12. q. 5. ubi legatum rei alienæ valere aperte supponitur; accedit ratio, quod leges civiles etiam juxta Canones servari debant nisi ab his legantur correctæ.

13. 7. Si res certa & determinata legata sit, v. g. hæc domus, hic ager, ejus dominium acquiritur legatario etiam ignorantia à die aditæ per hæreditem hæreditatis, sed non antè, l. si tibi 86. de legat. l. si nemo 181. ff. de R. f. Fachin. l. 1. c. 94. Hoc tamen dominium est revocabile, postea que legatarius adhuc repudiare legatum, post acceptationem autem redditur irrevocabile, d. l. 86. & fictione juris retrotrahitur dominium ad diem mortis, Reiffenst. num. 680 ideoque fructus illi, qui aliquo modo sunt pars rei legatae, velut lana & foetus ovium, à die mortis debentur legatario, l. 20. ff. de leg. de aliis fructibus controvertunt DD. si legatum non est quid determinatum, sed in genere, tunc fructus intermedii acquiruntur hæredi, nisi sit in mora solvendi, l. si quis 23. ff. de leg. Gomez, Barth. Molin. d. 194. n. 13. V. Leuren. q. 721.

14. 8. Hæredes alii dicuntur ex testamento, alii ab intestato, qui scilicet sine testamento succidunt; alii vocantur hæredes necessarii, qui in testamento præteriri non possunt, utpote filii & filiae, nepotes & neptes, quibus ad minimum debetur legitima triens, seu tertia pars bonorum æqualiter inter eos dividenda; si verò illorum sint plures, quam quatuor, debetur medietas; & quam-

quamvis ex justa causa in testamento expressa etiam hæres necessarius exhæreditari possit non potest tamen Jure Cæsareo validè præteriri; si enim nulla ejus mentio (quod præteriri dicitur) in testamento fiat, testamentum quoad hæredis institutionem nullum est, valet tamen quoad cætera; imò jus naturæ videtur exigere, ut parentes liberis indigentibus præter legitimam jure civili debitam tantum relinquant, quantum ad honestam eorum sustentationem est necessarium; idem à fortiori tenet in liberis respectu parentum,

9. Peccant parentes contra charitatem, si sine justa causa uni filio vel nepoti plus relinquant quam alteri. Dixi: *sine justa causa*, qualis esset, si unus esset magis probus, magis de testatore meritus, si plus indigeat; si sit pupillus nondum qualificatus, &c tunc enim tali plus relinquiri posset. Caveant Confessarii, ne cum præjudicio prolium indigentium in sui vel Ecclesiæ favorem pia legata extorqueant; suadeant potius, ut memores animæ suæ adhuc in vivis peccata eleemosynis redimant, quia hoc Deo est gratius; in morte enim dant quasi coacti, quod retinere amplius non possunt, & post mortem hæredes legata sibi demandata infideliter sàpè exequuntur.

10. Si Caius filiæ à se specialiter meritæ destinaverat dare supellectilem argenteam, eamque jam ex parte fieri curaverat, sed ante actualem traditionem moriatur, multi sustinent supellectilem deberi filiæ, quia satis constat de voluntate donantis, estque donatio virtualis; probabilius tamen est oppositum, quia donatio perficitur traditione, qualis hic nulla fuit, ut supp. *La Croix*
l. 3. p. 2. n. 1120.

11. Haec

17. 11. Hæres sicut succedit in omnia jura & comoda defuncti , ita & in onera seu debita realia, cum hoc tamen privilegio , ut si inventarium fecerit, non teneatur ultra vires hæreditatis, immo solutis expensis funeris , aliisque debitis debetur ei ex Lege Falcidia quarta pars hæreditatis , & si eam habere non possit, ex legatis (intellige non piis) tantundem subtrahere potest. *Less. Sylv. Di- cast. l. 2. t. 19. d. 3. à n. 56.*
18. 12. Trident. *Jeff. 25. c. 16. de Regul.* statuit, omnes donationes & renuntiationes etiam juntas Novitiorum esse invalidas , nisi fiant duobus mensibus ante Professionem & cum licentia Episcopi vel ejus Vicarii ; hæc tamen constitutio se non extendit ad contractus onerosos venditionis, permutationis, locationis, quia in his Novitius tantum accipit, quantum dat, neque à regressu impeditur , *Laym. Sanch. Hyac. Don. to. 2. tr. 7. q. 30. num. 5. Pyrrh. num. 87.* Deinde se non extendit ad testamenta Novitiorum , aut donationes mortis causâ , quia cum hæ firmæ non sint, nisi secutâ Professione, non obstant , quo minus Novitii liberè ad sæculum regredi possint, quod unicè Trid. præcavere voluit. Item se non extendit ad renuntiationes & donationes factas ante ingressum , *Sanch. Laym. Pyrr. num. 80.* nisi factæ sint intuitu ingressûs , tunc enim comprehenduntur Decreto Trid. & sunt invalidæ, *Barb. Less. Pyrr. l. c. Krim. l. 3. q. 31. n. 1723. Reiff. à num. 143. E num. 149.* ubi adducit plures declarationes S. Congreg. Ratio est , quia per ejusmodi donationes non minus impeditur libertas regrediendi , quam impediatur per donationes in Novitiatu factas, quod impedire voluit Trid. vide tamen *Schmalzg. l. 3. t. 31.*

1. 31. num. 129. ubicum multis docet contrarium, dicitque multoties à Rota decisum. Novitus testans in ipso Novitiatu non tenetur servare solemnitates juris civilis, sed potest se conformare Juri Can. de cuius foro jam effectus est, secùs si ante Novitiatum testetur, nisi testetur ad causas pias, Eng. num. 32. An Clerici sacerdtales de bonis Ecclesiasticis testari possint, dixi Cas. 24. num. 15.

C A S U S LXII.

Ex Tractatu de Judiciis

PUBLIUS *Judex causas retardat, Signorans in-justas fert sententias, 1. In dubiis & probabi-ibus sententiatur pro amico, 2. Munera accipit, 3. In quavis causa ad vecatum agit, 4. Et pluri-bus subservit, quam tueri possit, 5. Auditio crimi-ne inquirit in Cajum, 6. Et cum nec Fiscus nec alii Cajum accusent, 7. Testes etiam occulta crimina, & ea, quae sub secreto habent, 8. & omnia, quae credunt esse vera, et si ipse sciat esse falsa, edicere cogit, qui falsò dicta non revocant, 9. Reus super crimine interrogatus primura jurato negat, 10. ex-post promissa impunitate fatetur, 11. Complices oc-cultos prodit, accusatores de veris & falsis crimini-bus accusat, 12. Ad declinanda tormenta fatetur crimen à se non commissum vel plane occultum, 13. Contra satellites se defendit, carcerem amicis sua-dentibus & juvantibus effringit, ad triremes con-demnatus fugit, 14 Pro Resolut.*

QUÆR. I Quæ personæ concurrant ad ju-cium, & quæ sit judicis obligatio?

Re. Ad judicium præcipue concurrunt judex, 1.
ad-